

nia bona. Tu es fons et origo omnium bonorum. Tu felix eternitas. Tu eterna felicitas. Tu abyssus totius felicitatis. Tu solus deus et dominus: et non est propter te alius.

Laudo et adoro et glorifico te beata trinitas. *De creatioe celi et terre et omnium que in eis sunt.*

Audo et adoro et glorifico te beata trinitas. quod celum et terram et solem et lunam et stellas et omnia que in eis sunt tam potenter ex nihilo creasti tam sapienter discernens propriis figuris et naturis. tam benigne disponens ad utilitatem et consolationem hominis antequam creares eum. Laudo et adoro et glorifico te quod etiam sanctos angelos creasti ad laudandum et fruendum te eternaliter. et ut nobis in hoc exilio fideliter assistant consilijs et auxilijs opportunis. *De creatioe hominis et lapsu eius miserabili.*

Laudo et adoro et glorifico te et gratias ago tibi sancta trinitas unum deum quo ad declarandum bonitatis tue ineffabilem bonitatem. omnia propter hominem creasti. hominem tamen propter te proprijs manibus tuis de limo terre plasmasti.

ad ymaginem ⁊ similitudinē tuam il-
lum formasti intellectu ⁊ libero arbi-
trio nobilitasti. **L**audo ⁊ glorifico te p
maximo illo munere: quo euz in para-
diso collocasti delitijs affluentibus vt
haberet summa ad fruendū. inferiora
ad regendum: ⁊ cuncta simul posside-
ret ad te perpetuo collocandū. **L**audo
⁊ honorifico te deus pijsime. pro tua
excellētissima miseratione: ⁊ indicibi-
li misericordia: qua homini preuaricā-
ti ⁊ omnibus beneficijs tuis ingrato/
ab irreparabili damnatione pepercisti
ipsum p culpis suis ad agendum peni-
tētiam extra paradisi amenitatē emitte-
do. **Q**ui licet eterna damnatione pro
sua transgressiōe dignus extitisset. nec
vllam veniā consequi debuisset: nō es
tamen vsus hac seueritate iusticie sed
dulcedine ineffabilis misericordie: im-
ponendo illi onus digne penitentie ⁊
post longa tempora oleū exhibendo
dñi optate indulgentie. ¶ **De repara-**
tionē hoīs ⁊ pmissiōe aduentus xpi.